



area enim confurgere debet, si per rectam, quae tempus denotat, fluere concipiatur recta alia, celeritatem indicans atque sui ubique vestigium relinquens, h. e. si recta multiplicetur per rectam; cum ergo sit $C. T = S$, debet area genita designare spatium percursum.

§. XI.

PROBLEMA I. *Datis spatio & tempore invenire celeritatem.*

Resolutio: celeritas quia incognita est dicatur x , erit $\frac{S}{T} = x$.

PROBLEMA II. *Datis spatio & celeritate invenire tempus.*

Resolutio: fiat $\frac{S}{C} = x$, quod hic tempus significat, utpote incognitum.

PROBLEMA III. *Datis celeritate & tempore invenire spatium.*

Resolutio: quoniam hic spatium quaeritur hoc designabitur per x , eritque $C. T = CT = x$.

PROBLEMA IV. *Invenire celeritatem quam mobile habere debet ut tempore 1'' absolvat ped. 50. si idipsum celeritate = li 2. eodem tempore 1'' absolvat ped. 20.*

Resolutio: cum celeritas data sit = 2 tempus = 1'' erit $ct = 2$, spatium est = 20; celeritas invenienda sit x haec multiplicata per 1'' = $x. 1 = x$, spatium respondens = 50; erit ergo $ct : s = x : S$, i. e.

2 : 20